quietationem prӕterea ultra praximos Officii prӕfati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac pmissa omnia Actis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalis Juris prӕscriptione Terrestri belli, contentioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, neque modo alio quovis evadendo. Atque sua prӕsenti personali Recognitione ad prӕmissa omnia et singula mediante.

Terlecki. Baczynskim & Smereczanskim Conjugibus Cedit

Comparens personaliter coram Officio, et Actis prӕsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus, Nobilis Iwan Terlecki Zaniewicz sanus mente et corpore existens, a Foris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, prӕsenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Jure suo infrascripto, nempe de Summa Centum Florenorum Polonicalium, ex Summa Originali Centum Sexaginta Florenorum Polonicalium se se derivante, originaliter per Nobilem Iwan Terlecki Zaniewicz Recognoscentis Avum, olim Nobili Illko Pop Nanculow- ski Terlecki, Actis Terrestribus Premisliensibus inscripti, et modo obligatorio super sortibus eius hӕreditariis videlicet 1014

Pol dworzysze Kościelowskie inter metas ab una Mali-
iowska, ex altera verò eiusdem olim Nobilis Ilko Pop
Hanczułowski Serty, y z doliną Sieniłowską nuncupat między
dzy potokami w miedzach odmierzanych in Bonis Villa Ter-
ło Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacen et
consisten ad solvendum assecurata: post fata verò eiusdem
olim Nobilis Ilko Pop Hanczułowski Terlecki per No-
biles Stanislaum Terlecki eiusdem filium, et Basilium
Terlecki nepotem Successores Legitimos, et quidem per No-
bilem Basilium Terlecki suo, et Nobilis Lesko Terlecki
fratris sui germani nomine, ibi Recognoscenti Actis Terre-
stribus Praemysliensibus condescensa: Nec non de praedi-
ctis Inscriptionibus originali obligatoria et subsequenti
cessionaria quoad summam praedictam Centum Floreno-
rum Polonicalium tantummodo spectat, Bonisque prae-
dictis in Inscriptione obligatoria originali expressis
et summa memorata Centum Florenorum Polonicalium one-
ratis sexcepta praedicta summa Sexaginta Florenorum
Polonicalium et Inscriptione super eam serviens
atque Bonis scilicet Dolina summa eadem oneratis cum
parata Bonorum eorundem Iurisque praesentibus cessi In-
tromissione, Tuitione, Evictione, pacificaeque in hucusque
per se Recognoscentem continuata Possessione. Cum omni
praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentia q
et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Inscriptio-
num, originalis obligatoriae, et subsequentis Cessionariae, Iu-
risque praesentibus cessi, conditionibus punctis, clausulis
articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus in universum omnibus
Summae quoque suprascriptae et Bonorum Summa eadem one-
ratorum utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, com-
modis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis

generaliter universis, nihil ex præmissis Iuris, Dominii, proprietatis ac cuiusvis competentiæ et prærogativæ pro se Recognoscente suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout præmissa omnia et singula præsentibus Recognita ipsemet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto Nobilibus Basilio Baczynski et Iennæ Terlecka atque Andreæ Smereczanski et Mariannæ Terlecka Coniugibus Legitimis Filiabus et Generis eorumque Posteris (accepta ab ipsis pro præmissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et condescendit præsentibus, omneque et integrum Ius suum totum, sibi ad præmissa serviens, in personam eorundem Nobilium Basilii Baczynski et Iennæ Terlecka, atque Andreæ Smereczanski et Mariannæ Terlecka Coniugum legitimorum, Filiarum ac generorum Cessionariorum suorum eorumque successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat præsentibus; In quod quidem Ius præsens cessum, summam, ac Bona, summa eadem onerata, præmissaque omnia præsentibus per se Recognoscentem transfusa, idem Recognoscens Nobilis Iwan Terlecki Zaniewicz præfatis Nobilibus, Basilio Baczynski et Iennæ Terlecka, Andreæ Smereczanski et Mariannæ Terlecka Coniugibus Legitimis, Filiabus ac generis Cessionariis suis eorumque Posteris iam ex nunc et de facto coram Officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos de quacunque voluerint officiose accipiendam, Per ipsos Filias ac Generos Cessionariosque suos, et ipsorum Posteros hoc idem Ius præsens cessum, summam, ac Bona summa

eadem onerata praemissaque omnia per praesentes transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et prerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructuose et effectualiter convertendi, praefati Iuris originaliter ea omnia latius in se complectentis praesentisq cessi et transfusi Vigore. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Iwan Terlecki Zaniewicz prout se ac suos successores in et super Bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis, praefatis Nobilibus, Basilio Baczynski et Ferna Terlecka; Andreae Smerecanski et Marinae Terlecka Coniugibus Legitimis filiabus ac Generis Cessionariis suis inscribit et obligat praesentibus ipsos et eorum successores in dicto Iure cesso, summa, ac Bonis summa eadem onerato praemissisque omnibus per praesentes transfusis, et ratione eorundem omnium praesentibus a successorum ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque Personarum cuiuscunque conditionis status et sexus quovis existentium ex re, persona, et occasione sui Recognoscentis ac suorum successorum Iurisque praesentibus cessi, tantummodo et non ultra exorientis in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere intercedere et eliberare indemnesque cum possessionis reddere, nec non hoc idem Ius praesens cessum summam, ac Bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem praemissa omnia praesentibus condescensa cuivis personarum modo quocunque iisdem ex re persona et occasione sui Reco=

gnoscentis suorumque Successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem premissa omnia per praesentes cessa importatis et importandis, Lucris denique et Perluentis, Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio ac officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus per praesentes transfusis itidem ex re, persona et occasione sui Recognoscentis suorumque Successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere ac etiam Inscriptionem praefatam coram Officio praesenti admissam insfundo Bonorum praefatorum summa eadem praesentibus cessa oneratorum dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, datamque et admissam eadem, Possessionem et usumfructum Bonorum omnium praesentibus transfusorum quovis modo tam per se, quam per suas, quasvis subornissas et subordinatas personas, non praepedire nec adimere, ipsasque Filias et Generos ac Cessionarios suos et ipsorum Successores, in praemissis omnibus praesentibus condescendis nullo modo inturbari, ita ut iidem Filiae et Generi ac Cessionarii sui cum suis Posteris hocce Ius praesens cessum summam ac Bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus cessa cum Universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionarii Vigore tenere, habere, et possidere queant. Itaque utifrui possint. Idque sub Vadio Centum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius Posteros praenominatis, Filiabus et Generis Cessionariisque suis aut illas

Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Iwan Terlecki Zaniewicz sive eius Successores, ad instantiam supramemoratorum Nobilium Basilii Baczynski et Ianna Terlecka, atque Andreae Smereczanski et Marinae Terlecka Coniugum legitimorum, Filiarum ac Generorum Cessionariorumque suorum vel eorundem Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta, ad Evictorem vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel implicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, Bello Convocationeque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non sibi refugiendo nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa ante mediante.